

pungas seu laues omnem delectationem mundi et facile eam respues et abominaberis . territus amaritudine qua eam punxisti . **V**t autē hoc genus lixiū qđ ex timore cōpunctio appellatur quociēs placuerit cōficere possis . ecce modum describimus conficiendi .

Quod cōpunctio q̄ ex timore nascitur varie et diuersimode in exeratio et meditacōne potest assumi . **Ca. xvij.**

Compunctio ex timore multiplicat nascitur . Primo cū quis peccata sua preterita ad memoriaz reducat et quantū deum offenderit . quantāq; penam meruerit anxie recordatur . et inde tremens ac timens amarissime la crimatur . Secūdo cum quis defectus proprios passiones anime et desideria noxia adhuc in se et si non regnantia agitantiā tamen et vexantiā diligent

discutit. et q̄ tā parū in eis expugnān
dis p̄fiat eiulans et dolens recordat̄
Tercio cū quis peccatorū meminerit
q̄ post conuersionē suam p̄petrauit q̄
et si non sunt criminalia non tamen p̄
ea dubitet deū offendī cotidie et ideo
lugendo et timendo deplorat. **E**t de
hys tribus dictū est supra de tribus
discussionibus vel examinacōnibus.
Quarto cū homo cōsiderat q̄ iudicia
dei sunt inscrutabilia. et nescit homo
an sit dignus odio vel amore. et licet
sciat se penituisse nescit tamen an so
lo timōre p̄cussus an ex gracia infusa
p̄punctus et cōtritus et ita totus hor
tore concutitur nesciens et incertus
quid de eo fiet ī futuro an sit damnā
dus vel saluandus. **Q**uinto cū homo
breuitatem vite sue diligenter atten
dit et se adhuc tam parum profecisse
intelligit et inde timore succenditur

et intus compunctione irroratur.

Sexto cum districti examinis et futuri iudicii meminit quo iudex vnicuique iuxta opera sua redditur adueniet. vnde de peccata sua agnoscens expauescit

Septimo cum homo magnitudinem et multitudinem penarum infernalium pretractat et cum se hys dignum esse cognouerit vel cogitauerit multum incipit lugere et timere.

De utilitate compunctionis et quomodo cor purificat. Ca. xviii.

Nec si in corde tuo studiose ruminaueris et ex istis vel eorum aliquibus frequenter cor tuum repleueris omnia dulcia fient amara. tunc transeat mundus a corde tuo et concupiscentia eius. scilicet et concupiscentia carnis et concupiscentia oculorum inde euanescent nullamque

[D III]